chritudīe corpis iductū petijsse ab ea: vt sibi nuberet neqz ipetrasse ⁊ coepisse Mineruā sese occultare in eodē loco: qui ꝓpt̄ Vulcani amorē Ephesti⁹ ē appellat⁹: quo ꝑsecutū Vulcanū ferūt cępisse ei vim afferre. ⁊ cū plen⁹ cupiditatis ad eā vt cōplexui se applicaret repulsus effudit in terrā voluptatē. Quo minerua pudore ꝑmota pede puluerē iniecit: Ex hoc aūt nascit̄ Erichthoni⁹ anguis: qui ex terra ⁊ eorū dissentiōe nomē possedit. Eū dicit̄ Minerua i cistella quadā ut mysteria contectū ad ericthei filias detulisse ⁊ his dedisse seruandū: quib⁹ interdixit ne cistulas aperirent. Sed ut hominū est natura cupida vt eo magis appetāt quo interdicat̄. sępius virgines cistellā aperuerūt ⁊ anguē viderūt. Quo facto isania a Minerua iniecta de arce atheniensiū se precipitauerūt. Anguis autē ad Mineruę clypeū cōfugit ⁊ ab ea ē educat⁹. ¶ Alij autē āguina tātū crura habuisse Erichthoniū dixerūt: eūqz primo tēpore adolescentię ludos Mineruę Panathenea fecit: se ⁊ ipsū quadrigis cucurrisse pro quib⁹ factis inter sydera dicitur collocat⁹. ¶ Non nulli qui de sideribus scripserunt: hunc natione Argeū Orsilochū nomine: primum quadrigarum inuentorē esse dixerūt ⁊ pro inuentione siderū locum possedisse. ¶ Alij autē hunc Mercurij filiū ex Elicia natū nomine Mirtilū Oenomai aurigā diffinierūt: cuius post notam ominb⁹ mortem parens corpus in mundo constituisse existimatur. Huius in humero sinistro capra instare ⁊ in manu sinistra hędi videntur formati: De quib⁹ non nulli ita dicunt. Olenū quendam fuisse nomine Vulcani filium Ex hoc duas nymphas ęga ⁊ elicen natas: quę Jouis fuerunt nutrices. Alij autem ab hijs etiam urbes quasdaz appellari dixerunt ⁊ Olenon in Aulide. Elicen autē in Peloponesso. ⁊ aegam in Emonia nominari: de quibus homer⁹ in Illiados scdo dicit: ¶ Parmenseus autē ait Melissea quendam fuisse cretę regem. ad eius filias Jouem nutriendū esse delatum: quę quod lac non habuerit capram ei admisisse Amaltheam nomine quę eum dicitur educasse. Hāc autem geminos

hędos solitā esse procreare: ⁊ fere eo tēpore peperisse: quo Juppit̄ nutriendus est allatus. Itaqꝫ propter beneficium matris ⁊ hędos quoqꝫ dicit̄ inter sidera collocasse. Hos aūt hędos Cleostratus tenedius dicit̄ prim⁹ inter sidera ostendisse. ¶ Museus aūt dicit Jouis nutrices Athemidem ⁊ Amaltheam nymphas: quibus eū mat̄ ops tradidisse existimat̄. Amaltheā aūt habuisse caprā quandā ut in delitijs quę Jouē aluisset. ¶ Nōnulli etiā ęgam solis filiā dixerunt: multo candore corporis prestantē: cui contrarius pulchritudini horribilis aspectus existebat: quo Tytanes perterriti petierunt a terra ut eius corpus obscurarēt. quā terra specu quodā celasse dicit̄ i insu a crete: quę postea Juppitris fuisse nutrix. ut ante ostendim⁹ demonstrat̄. Sed cū Juppiter fidens adolescētia bellū cōtra Tytanas appararet: responsū est ei si vincere vellet ut ęgos pelle tectus ⁊ capite Gorgonis bellū administraret: quā ęgida gręci appellauerunt. Itaqꝫ facto eo qd̄ supra declarauimus. Juppiter Tytanas superās regnū ē adept⁹ ⁊ reliqua ossa ęgos caprina pelle cōtecta anima donauit ⁊ stellis figuratā memorię cōmendauit. ⁊ post ea qb⁹ ipse vicerat tectus Mineruę cōcessit. ¶ Euemer⁹ ait ęgam quandā fuisse Panos vxorē. eā cōpressā a Joue peperisse: quem viri sui Panos diceret filiū. Itaqꝫ puerū ęgipā. Jouē vero ęgiochum dictū: qui ꝙ cū diligebat plurimū inter astra caprę figura memorię causa collocatum.

Ophiulcus qui apud nr̄os scriptores anguitenēs dictus est supra scorpionē cōstitutus tenēs manib⁹ anguem mediū corp⁹ eius implicantē. ¶ Policeus aūt hiodius hūc Phorbanta noīe demonstrat: qui hiodijs auxilio maximo fuisse demōstrat̄. Nā cū in eorum insulā serpentiū multitudine occupatā ciues Ophiussam appellassent ⁊ in ea multitudine ferarū draco fuisset ingenti magnitudine qui plurimos eorū interfecisset ⁊ patria deniqꝫ deserta carere coegisset: dicit̄ Phorbas Triopę filius ex hysocla Mirmido/

nis filia natus co tẽpestate delatus: omnes feras ⁊ cum draconẽ in terfecisse. q̃ cũ maxime Apollini dilect⁹ esset locatus ĩ cęlo interfi ciens draconẽ laudis ⁊ memorie cã videat. Jtaqz hiodij quotiẽs/ cunqz a littore longius prodeũt classes prius sacrificant. Phorban tis aduentu ut illius talis euẽtus inopinatę virtutis accidat ciuib⁹ qualis insciũ Phorbãta futurę laudis ad sidera glorię ptulit casus ¶ Cõplures etiã astrologi hũc ęsculapiũ finxerũt: quẽ Juppit A/ pollinis causa inter astra collocauit. Aesculapi⁹ enĩ cũ esset int̃ ho mines ⁊ tantũ medicina cęteris p̃stare: ut nõ satis ei videret̃ ho/ minum dolores leuare: nisi etiã mortuos reuocare ad vitã nouis/ set: fert̃ Hippolytũ q̃ iniq̃tate nouercę ⁊ inscitia parẽtis erat inter/ fectus sanasse. Jta Eratosthenes dicit. ¶ Nõnulli Glaucũ Mi/ nois filiũ: ei⁹ opa reuixisse dixerũt: ꝑ quo vt peccato Jouẽ domũ ius fulmine incendisse. Jpsũ vo propter artificiũ ⁊ Apollinẽ eius patrem inter sidera anguem tenentẽ cõstituisse. ut quidã dixerũt. hac de causa anguẽ tenere dicit̃: ꝙ cũ Glaucũ cogeret̃ sanare cõclu sus quodã loco secreto bacillũ tenens manu cũ quid ageret: cogita ret: dicit̃ anguis ad bacillũ eius arrepsisse. quẽ Aesculapi⁹ mẽte cõ motus interfecit bacillo fugientẽ feriens sepius. Postea fert̃ alter anguis eodẽ venisse ore ferens herbã ⁊ in caput eius imposuisse quo facto loco fugisse. quare Aesculapiũ vsum eadẽ herba Glaucũ reuixisse. Jtaqz anguis ⁊ in Aesculapij tutelã ⁊ in astris dicit̃ col/ locatus qua cõsuetudine ducti posteri ei tradiderũt ut reliqui me/ dici anguibus vterentur.



Agitta. hanc vnã de Herculis telis esse demõstrant qua aquilã dicit̃ iterfecisse quę iecinora Promethei fertur exedisse. de quo pluribus verbis dicere nõ vi detur inutile. Antiqui cũ maxima cerimonia deorũ imortaliuz sacrificia administrarent: soliti sũt totas hostias in sacrorũ cõsũmere flãma. Jtaqz cũ ꝓpter sũptus magni tudinẽ sacrificia pauperib⁹ nõ ꝓtingerẽt. Prometheus qui ꝓpter

excellentiã ingenij mirã :homines finxisse existimat̃:recusatione
dicitur ab Joue impetrasse ut partẽ hostię in ignẽ cõmuni icerent
partẽ in suo consumerẽt vsu. Jdq3 postea consuetudo firmauit:qđ
cum facile a deo nõ ut ab homine auaro impetrasset. Jpse prome/
theus imolat tauros duos.quorũ primũ iocinora cũ in ara posuis
set:reliquã carnẽ ex vtroq3 tauro in vnũ compositã:corio bubulo
texit Ossa autẽ quę circũ fuerunt:reliqua pelle cõtecta ĩ medio col
locauit ⁊ Joui fecit potestatẽ.ut quã vellet eorum consumeret par
tem. Juppiter autẽ ⁊ si non pro diuina fecit cogitatiõe nec ut deũ
licebat omnia qui debuit ante ꝓuidere. Sed quoniã credere insti/
tuimus historijs decept⁹ a prometheo vtrũq3 putans esse taurũ
delegit ossa pro sua dimidia parte. Jtaq3 postea in solẽnibus ⁊ re
ligiosis sacrifitijs carne hostiarũ cõsumpta: reliquã quę pars fuit
deorũ eodem igni conburũt. Sz ut ad propositũ reuertamur. Jup
piter cũ factũ rescisset: animo permoto mortalib⁹ eripuit ignẽ. ne
Promethei gratia plus deorũ potestate valeret.neve carnis vsus
vtilis hominibus videret̃ cum coqui non posset. Prometheus au
tem consuet⁹ insidiari sua opera ereptũ mortalibus ignẽ restitue/
re cogitabat. Jtaq3 caeteris remotis deuenit ad iouis ignem quo
diminuto ⁊ in ferulã coniecto:lętus ut volare non currere videret̃
ferulã iactans ne spiritus interclusus vaporis extingueret ĩ angu/
stia lumen. Jtaq3 homines adhuc plerũq3 qui letitię fiunt nuncii
celerrime veniũt. Pręterea totã a certatione ludorũ cursorib⁹ in/
stituerunt ex promethei consuetudine vt currerẽt lampadẽ iactan
tes. Pro quo iuppiter facto mortalibus parẽ gratiã referens mu/
lierẽ tradidit his quã a vulcano factã deorũ voluntate omni mu/
nere donauit: Jtaq3 Pandora est appellata: Prometheũ autẽ in
monte Scythię nomie Caucaso ferrea cathena vinxit:quẽ alligatũ
ad triginta milia annorũ ęschyl⁹ tragoediarũ scriptor dixit: Prę/
terea admisit ei aquilã:quę assidue noctu renascentia iacinora ex/
esset. hãc autẽ aquilã non nulli ex typhone ⁊ echione natã: Alii ex

terra z Tartaro Cõplures a vulcano factã. hũc cõplures Carna/
butã dixerunt nomine:getharũ regem qui sunt in mysia regione
fuisse:qui eodẽ tempore regno est potitus:quo primũ semina fru
gum mortalibus tradita esse existimantur. Ceres enim cum sua be
neficia largiretur hominibus Triptholomum cuius ipsa fuerat nu
trix in curru draconum collocatũ:qui primus hominum vna rota
dicitur vsus: ne cursu moraretur iussit omniuz nationũ agros cir/
cuentem semina partiri: quo facilius ipsi posteriqz eorũ a fero vi/
ctu segregarenẽ. qui cum peruenisset ad eum quem supradixim9 ge
tharũ regem ab eo primũ hospitaliter acceptus: Deinde nõ ut be
neficiis aduena z inocens sed ut crudelissimus hostis insidiis ca/
ptus aliorũ dum paratus est producere suã pene perdidit vitam.
Carnabutẹ enim iussu cum draco vnus eorum esset interfectus ne
cum Triptholomus sensisset insidias parari currus presidium si/
bi constituere speraret Ceres eo uenisse et erepto adolescenti cur/
rum dracone altero subiecto reddidisse. Regem pro cẹpto malefi/
cio poena nõ mediocri affecisse. Hegesianax dicit Cererẽ memo
riẹ hominũ causa ita carnabuta siderib9 figurasse:manibus tenen
tem ut interficere draconẽ existimetur:qui ita uixerat acerbe vt io
cundissimam sibi consciscere mortẽ. ¶ Alii aũt herculem esse de/
monstrant:in Lydia apud flumen Sagarim:anguem interficientẽ
qui z homines cõplures interficiebat z ripam frugibus orbabat:
Pro quo facto a regina Omphale quẹ ibi regnabat multis orna/
tum muneribus argos remissum. Ab Juppitre vero propter for/
titudinem inter sidera collocatum. ¶ Nõ nulli etiã Triopã Thes/
salorum regem dixerunt esse. qui cum suum domicilium tegere co
naretur Cereris ab antiquis collocatum diruit templũ. Pro quo
fcõ a cerẽ fame obiecta nũq̃ postea frugib9 vllis saturari potuisse
existiaẽ. Nouissie ppe ad terminũ vitẹ dracõe obiecto mala pluria
ppessus aliqũ mortẽ adept9 iter astra Ceteris voluntate ẽ pstitut9
Jtaqz adhuc videẽ cũ draco circũplex9 ẹterna merẽtẽ afficere pẹna

¶ Policeus autē Vulcani factā manib⁹ demonstrat animāq; ei ab
Jouc traditā dicūt. Sed eius solutione hęc memorię ꝓdita est cā
Cum Juppiter Thetidis cōnubiū pulchritudine corporis induct⁹
peteret neq; a timida virgine impetraret: neq; eam rem minus ef
ficere cogitaret: illo tēpore parcę cecinisse ferunt fata quę ꝓfici na/
tura voluit rerū: Dixerūt enim quicunq; Thetidis fuisset maritus
eius filiū patria fore laude clariorē: qō Prometheus nō volunta/
te sed necessitudine vigilans auditū Juppitri nūciauit: qu veritus
ne id qō ipse saturno patri fecisset in simili cā: ne patris regno pri
uatus cogerēt: destitit Thetim velle ducere vxorē. ⁊ prometheo ꝓ
beneficio meritā rettulit grām eūq; vinculis liberauit. neq; qō illi
fuerat iuratus remisit vacuū omni alligationi futurū. Sed memo/
rie cā ex vtraq; re hoc est lapide ⁊ ferro sibi digitū vincire iussit. q̄
cōsuetudine homines usi quo satisfacere prometheo viderent an/
nulos lapide ⁊ ferro cōclusos habere cęperūt. Nōnulli etiā coronā
habuisse dixerūt: ut se victorē impune peccasse diceret. Itaq; ho/
mines in maxima lętitia victoresq; coronas hīe constituerūt. Id
exercitationib⁹ ⁊ cōuiuijs ꝓspicere licebit. ¶ Sed opinio ad initiū
est ⁊ interitū aquilę reuertamur. Hercules missus ab Euristeo ad
Hesperidū mala nescius vię deuenit ad promethea quē in caucaso
monte vinctū supra diximus. A quo via demōstrata victoria dum
iter facere contēdit ut ⁊ draconē de quo ante diximus interfectū di
ceret ⁊ gratiā ꝓ bēficio redderet. Nā cōfestim honorē quē potuit
reddidit merēti. Qua dimissa homines instituerūt ut hostijs imo
latis iocinora consūmerent in deorū altarib⁹ ut saturare eos ꝓ vi
sceribus promethei viderent. vt Eratosthenes autē de sagitta de
monstrat hac Apollo Cyclopas interfecit qui fulmē Jouis fecerūt
quo Aesculapiū interfectū cōplures dixerūt. Hāc aūt sagittā in hy
perboreo monte Apollinē defodisse cū autē Jupiter ignorauerit
filio ipsam sagittā vento ad Apollinē perlatā cū frugibus quę eo
tēpore nascebant. hanc ergo ob causam inter sidera demonstrat.

AQuila hęc quę dicit Ganimedem rapuisse et amanti Joui tradidisse. hanc etiam Jupiter primus ex auiũ genere delegisse sibi existimat: quę sola tradita ē memorię: cōtra solis orientis radios contendere valere. Itaq; super Aquariũ volare videt. hunc enim cō plures Ganymedē esse finxerũt. ¶ Nōnulli etiā dixerũt Meropē quendā fuisse: qui Coam ĩsulā tenuerit regno: & a filię nomine Coon: & homines ipsos a se: meropas appellaret. hunc autē habuisse vxorē: nomine Ethemeā genere Nymphaę procreatā: quę cū desierit colere Dianā ab ea sagittis figi cępit Tandē a proserpina viuam ad inferos arreptā eē. Meropen aūt desiderio vxoris pmotum: morte sibi cōsciscere voluisse. Junonē autē misertā eiꝰ: i Aquilam corpus eius cōuertisse. et inter sydera cōstituisse: ne si hominis effigie eū collocaret: nihilominꝰ memoriā tenens: cōiugis desiderio moueret. ¶ Aglosthenes aūt qui naxica scripsit: ait Jouē Cretę surreptum. naxum delatum. & ibi esse nutritū. qui postq̄ puenerit ad virilē ętatē et voluerit bello lacescere titanas. sacrificāti ei aquilam auspicatā. quo auspicio vsum esse. & eam inter astra collocasse. ¶ Nōnulli etiā dixerũt Mercuriũ. alij aūt Anapladē pulchritudine veneris ductū in amorē incidisse: & cum ei copia nō fieret animum ut cōtumelia accepta defecisse. Jouē autē misertū eius. Cum Venus Acheloo flumine corpus ablueret misisse aquilā quę sociū eius in amitenea egyptiorũ delatū Mercurio traderet: quē persequens Venus ad cupientē sui puenit: qui copia facta pro beneficio aquilam in mundo collocauit.

DElphin. hic qua de causa sit inter astra collocatus Erathosthenes ita cum ęteris dicit. Neptunũ quo tēpore voluerit Amphitritē ducere vxorē: et illa cupiens seruare virginitatem. fugerit ad atlanta: coplures eo quesitū dimisisse. In his & delphina quendā nomine qui peruagatus insulas: aliquādo ad virginē puenit eiq; persuasit

ut nuberet Neptuno: ⁊ ipse nuptias eorũ administrauit. Pro quo facto: inter sidera delphini effigiẽ collocauit. Et hoc amplius: qui Neptuno simulacrũ faciũt: delphinum aut in manu: aut sub pede eius constituere: inde: Neptuno gratissimum esse arbitrantur.

¶ Agloasthenes aũt qui naxica ꝓscripsit Tyrrhenos ait fuisse quosdam nauicularios: qui liberũ patrẽ: puerũ receptum: ut naxum cũ socijs suis comitibus transuectũ: redderent nutricibus nymphis: a quibus eum nutritum. ⁊ nostri: in progeniem deorũ ⁊ cõplures greci dixerũt. Sed ut ad ꝓpositũ reuertamur. nauicularij spe prę/dę inducti nauẽ auertere voluerunt: qõ Liber suspicat⁹: comites suos iubet symphonia canere: quo sonitu inaudito Tyrrheni cũ usq; eo delectarent: ut etiã in saltationibus essent occupati: cupiditate se in mari inscij proijecerũt: ⁊ ibi delphini sunt facti: quorũ cogitationẽ cũ Liber memorię hominũ tradere voluisset: vnius effigiẽ inter sidera collocauit. ¶ Alij autem dicũt: hunc esse delphina: qui Ariona cytharedũ: ex siculo mari thenariũ transuexit: qui cum cęteros artificio prestaret: et circum insulas quęstus cã vagaret: seruuli eius arbitrati: plus in pfidiosa libertate cõmodi q̃ i placida seruitute esse: cogitare cęperũt ut dño in pelagus ꝓiecto: bona eius inter se partirẽt: qui cũ cogitationẽ eorꝫ sensisset: petijt nõ ut dñs a seruis: sed ut innocẽs ab improbis: ut parens a filijs: ut se liceret ornatum: qua sępe fuerat veste: qm̃ nemo esset alius ut ipse qui suũ quęstũ ꝓsequerẽt euentũ. Qõ cum impetrasset: cytbara sumpta: suam cępit deflere mortẽ: quo sonitu ducti delphines: e toto mari ꝓnatant ad Arionis cantũ. Itaq; deorũ imortaliũ potestate inuocata: snp eos se deijecit: quorũ vnus Ariona exceptũ ptulit ad thenarium littus. In cuius memorię causa: quę ibi statua ẽ Arionis in ea delphini simulacrũ affixũ videt. Pro qua re inter sidera ab antiquis astrologis est figuratum. Serui autem qui per se putarant seruitute elapsos tempestate thenarium perducti a domino comprehensi non mediocri supplicio sunt affecti.

EQuus. hũc Aratus ⁊ alij cõplures: Pegasum Neptuni ⁊ Medusę Gorgonis filiũ dixerunt: qui i helicone: boetię monte: vngula saxũ feriens: fontem aperuit: qui ex eius nomine hypocrine est dictus. ¶ Alij dicũt: quo tẽpore Bellorophontes ad Proethum abãtis filium argiuorum regem deuenerit: Anciã cõiugem regis: hospitis amore inductam: petisse ab eo: uti sibi copiam faceret: promittens ei cõiugis regnum. quę cum impetrare non potuisset! verita ne se ad regem criminaret̃: occupat eum sibi vim afferre voluisse: Proetho dicit: qui ꝙ eũ dilexerat: noluit ipse suppliciũ sũmere: sed qd̃ ęquum esse sciebat: mittit eum ad Jebatẽ Ancię reginę patrem: quẽ alij thenobeiã dixerũt: ut ille filię pudiciciã defendens Bellorophontem obijceret Chimerę: quę eo tempore lyciorum agros vastabat flamma: vnde victor ꝓfugiens post fontis inuentionẽ: cum ad cęlũ cõtenderet euolare: neqꝫ longe iã abesset despiciens ad terrã: timore ꝑmotus decidit: ibiqꝫ ꝑisse dicit̃. Equꝰ autẽ subuolasse int̃ sidera ab Joue cõstitutus existimat̃. ¶ Alij nõ criminatũ ab ancia: sed ne sępiꝰ audiret: qd̃ nollet: aut p̃cibꝰ eiꝰ moueretur: ꝓfugisse argis dixerũt. Euripides aũt i melãcippa tpe hippendironis cẽtauri: filiã theanthea appellatã dicit. quę cũ alertur in monte Pelio: ⁊ studiũ in venãdo maximũ haberet: quodã tpe ab eo loco hellenis filio: Jouis nepote ꝑsuasã cõcepisse: cũqꝫ iam partus appropinquaret! ꝓfugisse i siluã: ne pr̃i cũ virginẽ speraret nepotẽ ꝓcreasse videret̃: Itaqꝫ cũ parẽs eã ꝑsequeret̃: dicit̃ petijsse a deorũ potestate: ne pariẽs a parẽte ꝯspiceret̃: quę deoꝝ volũtate postq̃ꝫ pegit in equã cõuersa in astra est cõstituta. ¶ Nõnulli eã vatem dixerũt esse: sed qd̃ deorũ cõsilia hoibus sit enũciare solita: in equã esse cõuersã. Callimachus aũt ait: ꝙ deflerit venari: ⁊ colere Dianã: in quã speciẽ supra diximꝰ: eã Dianã ꝯuertisse. Hec dr̃ etiã hac re nõ esse in ꝯspectu Cẽtauri: quẽ Chirona eẽ nõnulli dixerũt ⁊ etiam dimidiã apparere! quod noluerit sciri se fęminã esse.

DEltoton. hoc sidus velut littera ē grēca in triangulo posita. itaqz appellat̄ :qd̄ Mercuri⁹ supra caput Arietis statuisse existimat̄ :ideo ut obscuritas Arietis huius splendore:quo loco esset significaret̄ ⁊ Jouis nomine:grēce Aiō ꝑimam litteram deformaret ¶ Nōnulli ęgypti positionē. Alij qua Nilus terminaret ęthiopiā esse ⁊ ęgyptū dixerūt. Alij Siciliā figuratā putauerūt. Alij ꝙ orbē terrarū superiores trifariam diuiserunt. tres angulos esse constitutos dixerunt.



ARies. hic existimat̄ esse qui phryxum transtulisse et hellen. dictus est. per hellespontū: quē hesiodus ⁊ Pherecides ait habuisse aureā pellē de qua alibi plura dicemus. Sed hellen decidisse in hellespontū ⁊ a Neptuno cōpressā Peona ꝓcreasse:cōplures. ¶ Nōnulli Edonū dixerūt. Prēterea phryxū incolumē ad Oetā ꝑuenisse ⁊ Arietē Joui imolasse. Pellē in tēplo fixisse ⁊ Arietis ipsi⁹ effigiem ab Joue inter sidera cōstitutā:habere tēpus anni quo frumentum serit̄:et ideo ꝙ ortū seuerit ante:quę maxime fugę fuit causa: Et erasthetenes ait arietē ipsū sibi pellē aureā detraxisse ⁊ Phryxo memorię causa dedisse:ipsum ad sidera ꝑuenisse:quare ut supra diximus obscurius videat̄. ¶ Hūc aūt nōnulli dixerūt i oppido horcomenio qd̄ ē in boetia natū. Alij in salorū thessalię finib⁹ procreatum. Alij dicūt Cretea ⁊ athamantē cū alijs plurib⁹ ęoli filios fuisse. ¶ Nōnulli etiā Athamātis filiū Salamonē esse:ęoli nepotē esse dixerūt. Cretea aūt habuisse demodicē vxorē quā alij biadicē dixerunt. hanc autē Phryxi athamantis filij corpore inductā in amorē incidisse. neqz ab eo ut sibi copiā faceret impetrar̄ potuisse. Itaqz necessario coactā criminari eū ad Cretea cępisse quę diceret ab eo vi sibi pene allatā. ⁊ hoꝝ similia mulierū cōsuetudine dixisse. Quo facto Cretea ut vxoris amantē ꝑmotū athamanti ut de eo supplicium sumeret ꝑsuasisse. Nubē autē interuenisse et ereptuz phryxum

⁊ hellē eius sororē in ariete posuisse ⁊ per hellespontū q̃ longissi/
me posset perfugere iussisse: Hellen occidisse: ⁊ ibi debitum nature
reddidisse. Ex hui⁹ nomine hellespontū appellatū: Phrixum Col
chos peruenisse: ⁊ vt ante dixim⁹ arietis interfecti pellem in tem/
plo fixisse Ipsum autē a Mercurio ad Athamantē reductum qui
patri eius satisfecerit: eū innocentia cōfusuz profugisse. Thermi/
spus autē dicit: quo tempore Liber affricā oppugnauerit deuenisse
cum exercitu in euz locū: qui propter multitudinē pulueris ammo
des est appellatus. Itaqz cum in maximū periculuz deuenisset q̃
iter necessario facere videbat. accessit eo ut aquē maxima penuria
esset quo facto exercitus ad defectionē maximā venire cogebatur:
qui quid agerēt dum cogitāt Aries quidā fortuitu ad milites eorū
errans peruenit: quos cum vidisset fuga sibi presidiū parauit Mi
lites autem qui eū fuerunt conspicati ⁊ si puluere ⁊ estu pressi vix
progrediebanī: tamē ut predā ex flamma petentes: arietē sequi ce/
perunt usqz ad eum locū qui iouis ammonis postea templo consti
tuto est appellatus. Quo cum peruenissent arietē quem consecuti
fuerant nusq̃ inuenire potuerunt. Sed quod magis his fuerat o/
randum aquē magnā copiam in eo loco nacti sūt. corporibusqz re
cuperatis libero statim nunciauerūt: q̃ gauisus ad eos fines exer/
citum deduxit ⁊ Iouis ammonis templū cum arietinis cornibus
simulacro facto constituit. arietem inter sidera figurauit. Ita ut cū
sol in eius foret signo: omnia nascentia recreareni: quē veris tem/
pore fiunt hac re maxime q̃ illius fuga Liber recreauit exercitum
Preterea. xij. signorū principē voluit esse q̃ ille optimus exerci/
tui fuerit ductor. Sz de ammonis simulacro Leon q̃ res egyptias
conscripsit: ait. Cum Liber egyptuz ⁊ reliquos fines regno teneret
⁊ omnia primus hominibus ostendisse diceret: ammonē quendā
ex africa venisse ⁊ pecoris multitudinē ad libeē adduxisse: quo fa/
cilius ⁊ eius gratia vteretur ⁊ aliquid primus inuenisse diceretur.
Itaqz pro beneficio ei Liber existimatur agrū dedisse qui est cōtra

c

thebas egyptias: ⁊ qui simulacra faciunt ammonis: cum capite cornuto instituunt: ut homines memoria teneant: cum primũ pecus ostendisse. Qui autẽ Libero factum voluerunt assignare q̃ nõ petierit ab ammone: sed ultro ad eũ sit adductus: simulacra illi cornuta faciunt: ⁊ arietẽ memoriẹ causa inter sidera fixum dicunt.

TAurus. hic dicitur inter astra esse constitutus q̃ Europã incolumẽ transuexit Cretã. Vt Euripides dicit. Nonnulli aiunt cum in bouem sit conuersa: vt Juppiter ei satisfacere videretur inter sidera constituisse: q̃ eius prior pars appareat ut tauri: sed reliquũ corpus obscurius videatur. ¶ Expectat autem ad exortum solem: cuius oris effigiẽ quẹ continent stellẹ hyades appellantur: ¶ has autẽ pherecydes atheniensis liberi nutrices esse demõstrat numero septẽ: quas etiaz ante nymphas Dodonidas appellatas: harũ nomina sunt hẹc. Ambrosia. Eudora. Padile. Coronis. Polisso Phyleto. Thyene. hẹ dicuntur a Lygurgo fugatẹ ⁊ p̃ter Ambrosiam omnes ad thetym profugisse ut ait Asclepiades. Sed vt Pherecydes dicit ad thebas liberũ perlatum Junoni tradiderunt Quam ob causam ab Joue gratia eis est relata q̃ inter sidera sunt constitutẹ. ¶ hyades autem appellatẹ sunt ut ait Musceus q̃ ex atlante ⁊ hya Oceani filia: sint quindecim filiẹ procreate: quarum quinqz hyadas appellatas demonstrat q̃ earum hyas fuerit frater a sororibus plurimũ dilectus. qui cum uenans a leone esset interfectus: quinqz de quibus supradixim⁹ lamentationibus assiduis permotẹ dicuntur interijsse: quare eas q̃ plurimũ de eius morte laborarent hyadas appellatas. Reliquas vero decẽ sorores delibe/rasse de sororũ morte. ⁊ earũ septẽ sibi mortem consciſse. quare q̃ plures idẽ senserũt Pleidas dictas. ¶ Alexander autẽ hyadas ait dictas q̃ plures: hyades et boetiẹ sunt filiẹ. Pleidas autem q̃ ex pleone oceani ⁊ atlante sint natẹ. he numero septẽ dicunt. Sed nemo amplio quã sex videre potest. Cui⁹ causa prodit: hoc qõ De

septē sex cū immortalib⁹ concubuerūt. tres Cū ioue. Due cū Nep/
tuno. Vna cū Marte: reliqua autē. Sisyphi vxor demōstrat̄. Qua
rū ex electra ⁊ ioue dardanū Ex maia mercuriū. Ex tagete lacedē
mona ꝓcreatū. Ex Alctone autē ⁊ neptuno Irea. Ex celeno lycū
⁊ nictea natū. Martē autē ex Sterope Oenomaum ꝓcreasse quā
alij ęnomai dixerūt vxorē. Meropen autē Sisypho nuptā Glau/
cū genuisse. quē cōplures Bellorofontis patrē esse dixerūt. Qua/
re ꝓpter reliquas sorores eius inter sidera cōstitutā. Sed quia ho
mini nupsit stellā ei⁹ obscuratā. ¶ Alij dicūt Electrā non apparere
ideo quod Pleides existimenť choreā ducere stellis. Sed postq̄
troia fuit capta ⁊ ꝓgenies eius quę a dardano fuerit sit euersa: do/
lore permotā ab his se remouisse: ⁊ in circulo qui arctic⁹ dicit̄ con
stitisse: ex quodā longo tempore lamentantē capillo sparso videri.
Itaq; e facto Cometē esse appellatam. Sed has Pleidas antiqui
astrologi seorsum a tauro deformauerūt ut ante dixim⁹ Pleiones
⁊ Atlantis filias: quę cū in boetiam cū puellis iter faceret: oriona
conatū voluisse ei vim afferre illā fugere cępisse: Oriona autē secu
tū esse ānis. xij. neq; eā iuenrie potuisse. Iouē aūt puellā misertū
iter astra cōstituisse ⁊ postea a nōnullis astrologis caudā tauri ap
pellatā Itaq; ad huc Orion fugiētes eas ad occasū seq̄ videť. Eas
stellas vergilias nostri dixerūt ꝙ post ver exoriunť: ⁊ hae quidem
ampliorē cęteris habēt honorē. Qd̄ earū signo exoriēte ęstas signi
ficať. Occidēte autē hyems ostendit̄: qd̄ alijs nō ē traditū signis.

Gemini. hos cōplures Astrologi castorē ⁊ pollucē es
se dixerūt: quos demonstrant omniū fratrū inter se
amātissimos fuisse. ꝙ neq; de p̄ncipatu ꝯtenderūt
neq; vllam rem sine communi consilio gesserunt.
Proquibus officijs eorum Iuppiter inter notissi/
ma sidera eos constituisse existimatur. Neptunū autem pari con
silio enumerasse: Nam equos his quibus vtuntur donauit ⁊ de/
dit potestatem naufragis saluti esse. ¶ Alij dixerunt herculem

esse ⁊ Apollinē. ¶ Nonnulli etiā Triptholemū: quē supra diximus ⁊ Jasona a Cerere dilectos: ⁊ ad sidera platos. Sed qui de Casto/re ⁊ Polluce dicunt: hoc amplius addunt: ut Castor in oppido Al/driadnis sit occisus: quo tempore Lacedemones cum athenienſi/bus bellū gesserunt. ¶ Alij aūt cū oppugnarent Spartā Lyncus ⁊ hydas ibi perisse dixerunt. Pollucem ait Homerus concessisse fra tri dimidiam vitam. Itaq; alternis diebus eorum quēq; lucere.

Cancer. hic dicit Junonis beneficio inter astra col/locatus: q̄ cum hercules contra hydrā Lerneā con stitisset: ex palude pedem eius mordicus arripuisset qua de re hercules permotū cum interfecisse: Ju/nonem autē inter sidera cōstituisse: vt esset cū duo deciz signis: quē maxime solis cursu continent. ¶ In eius defor/mationis parte sunt quidā qui asini appellantur: a Libero in testa Cancri duabus stellis figurati. Liber enim a Junone furore obie/cto: dicitur mente captus fugisse per Thesproriā: cogitans ad Jo uis dodonei templum peruenire: vnde peteret responsum: quo fa cilius ad pristinum statum mentis peruenirет: sed cum venisset ad quandam paludem magnā: quam transire non posset: de quibus/dam duobus asellis obuijs factis: dicitur vnum deprendisse eorū: ⁊ ita esse transuectū: ut omnino aquā non tetigerit. Itaq; cum ve/nisset ad templū Juppitris dodonei statim dicitur a furore libera tus: ⁊ asellis gratiam retulisse ⁊ inter astra eos collocasse. ¶ Non/nulli etiā dixerunt asino illi: qui fuerit vectus: vocem humanā de/disse: Itaq; postea cū Priapo deo naturē contendisse: ⁊ victuz ab eo interfectū. Pro quo Liberū eius misertū in sideribus annume/rasse. Et ut sciretur id pro deo nō pro homine timido (quia Junō/nem fugerit) fecisse: supra Cancrū cōstituit: qui deē beneficio fue/rit affixus astris. ¶ Dicitur etiā alia historia de asellis vt ait Era/tosthenes: quo tēpore Juppiter bello gigantibus indicto: ad eos oppugnandos omnes deos conuocauit: venisse Liberum patrem

Vulcanũ satyros sylenos asellis vectos: qui cũ nõ lõge ab hostib⁹ abessent: dicunt̃ aselli ꝑtimuisse: ⁊ ita ꝓ se quisq; magnũ clamorẽ ⁊ inauditũ gigãtib⁹ fecisse: vt oẽs hostes eorũ clamore i fugã se cõuerterẽt: ⁊ ita sint supati ¶ Huiꝰ similis ẽ historia de buccina Tritonis: Nã is quoq; fert̃: cũ cõchã iuentã excauasset secũ ad gigantes tulisse: ⁊ ibi sonitũ quendã iauditũ ꝑ concham misisse. Hostes autẽ veritos ne q̃ esset imanis fera ab aduersarijs adducta: cũ esset ille mugit⁹: fugę se mãdasse: ⁊ ita victos i hostiũ ptãte ꝑuẽisse.

LEo. Hic dr̃ a Joue cõstitut⁹ ꝙ oiũz ferarũ p̃nceps esse existimat̃. Nõnulli etiã hoc ampli⁹ dicũt ꝙ herculis p̃ma fuerit hec certatio ⁊ ꝙ cũ iermis interfecit. De eo ⁊ Pisandr⁹ ⁊ cõplures alij scripserũt: cui⁹ simulacrũ ꝓximũ ẽ virgini. Sz alię septẽ stellę ad caudã leonis i triangulo collocatę: q̃s crines beronices esse Conon sami⁹ mathematic⁹ ⁊ Callimach⁹ dicit. Cũ Ptolemę⁹ beronicẽ Ptolemęi ⁊ Aristonis filiã sororẽ suã duxisset vxorẽ: ⁊ paucis post dieb⁹ Asiã oppugnatũ ꝓfect⁹ eẽt: vouisse beronicẽ: si victor Ptolemęus redisset: se detonsurã crinẽ: quo voto donatũ crinẽ in Veneris Arsinoes Cõfintidis posuisse tẽplo: eisq; postero die nõ cõparuisse: quod factũ cuz rex egre ferret Conon Mathematicus (vt dixim⁹) cupiẽs inire gratiã regis dixit crinẽ inter sidera videri collocatũ: ⁊ quasdã vacuas a figura septẽ stellas ostendit quas esse crinẽ fingeret. Hãc beronicẽ nõnulli cũ Callimacho dixerũt equos alere ⁊ ad Olympia mittere cõsuetã. Alij dicũt hoc ampli⁹ Ptolemęũ beronicis patrẽ: multitudine hostiũ perterritũ: fuga salutẽ petisse: filia autẽ sępe consuetam insiluisse in equũ: ⁊ reliq̃ exercitus copiã constituisse: ⁊ complures hostiũ interfecisse: reliquos in fugam coniecisse: pro quo etiam Callimachus eã magnanimã dixit. ¶ Eratosthenes autẽ dicit ⁊ virginibus lesbijs dotem quam cuiq; relictã a parente nemo solueret iussisse reddi. ⁊ inter eas constituisse petitionem.

Virgo: hanc hesiodus Jouis ⁊ Themidis filiã dicit: Aratus autẽ Astrei ⁊ aurorę filiã existimat: ꝙ eodẽ tẽpore fuerit: cũ aurea sęcula hominũ: ⁊ eorũ principem fuisse demõstrat: ꝓpter diligentiã ⁊ ęquitatẽ iustitiã appellatã: neqꝫ illo tempore ab hominibus exteras nationes bello lacessitas esse: neqꝫ nauigio quẽq̃ vsũ esse: sed agris colẽdis vitã agere cõsueuisse. Sed post eoꝝ: qui sint nati min⁹ officiosos: magis auaros coepisse fieri. Quare min⁹ iustitiã inter homies fuisse cõuersatã: Deniqꝫ eã ꝑuenisse vsqꝫ eo: dũ diceret: heu heu gen⁹ hominũ natũ: Itaqꝫ iã nõ potuisse pati ampli⁹ ⁊ ad sidera euolasse. ¶ Sed hanc alij Fortunã alij Cererẽ dixerũt ⁊ hoc magis nõ cõuenit inter eos ꝙ caput eius nimiũ obscurũ videt. ¶ Nõnulli etiã Erigonẽ Icari filiã dixerũt: de qua supra diximus. Alij autẽ apollinis filiã ex Chrisostemi natã ⁊ infantẽ parthenon nomine dictã eamqꝫ ꝙ parua interierit ab Apolline inter sidera collocatam.

Scorpius. hic ꝓpter magnitudinẽ membrorũ in duo signa diuidit: quorũ vni⁹ effigiẽ nostri librã dixerũt. sed oino totũ signũ hac de causa statutũ assignatur ꝙ orion cũ venaret ⁊ in eo exercitatissimũ se esse cõfideret dixisse: etiã dianę ⁊ latonę: se oia quę ex terra oriunt interficere valere: quare terrã permotã scorpionẽ eduxisse: qui eũ iterficere demonstrat. Jouẽ autẽ vtriusqꝫ animũ admiratũ: scorpionẽ iter astra collocasse: vt species eius homnib⁹ documento esset: ne quis eorũ aliq̃ re sibi cõfideret. Dianã aũt ꝓpt studiũ orionis petisse a ioue: vt idẽ illi bñficiũ daret petẽti qd terrę vltro tribuisset. Itaqꝫ eũ cõstitutũ: vt cũ scorpion oriat orion occidat.

Sagictari⁹. hũc cõplures centaurũ esse dixerunt. alij autẽ hac de causa negauerũt. qd nemo centaur⁹ sagittis sit vsus. hic aũt querit cur equinis crurib⁹ sit deformat⁹ ⁊ caudã habeat vt satyri. Dicũt eni non/

nulli hũc esse Crotũ noie Euphemes musarũ nutricis filiuz vt ai Soste9 tragoediarũ scriptor: eũ domiciliũ ĩ mõte helicone habuisse z cũ musis solitũ delectari: nõnũq; etiã studio venationis exercerí: Itaqz p merita diligẽtia magnã laudẽ assecutũ. Nã z celerrimum i siluis z acutissimũ in musis factũ esse: Pro quo studio petisse musas ab ioue vt i aliquo astrorũ numero deformarer. Itaqz iouẽ fecisse vt cũ omnia illius artificia vno corpe vellet significare: Crura eius equina fecisse: q; equo multũ sit vsus z sagitas pro ingenio adiunxisse: vt ex his z acumẽ z celeritas esse videt: Cauda n satiricã in corpe fixisse: q; non minus hic musę q; liber satyris sit delectat9. Ante hui9 pedes stellę sunt paucę in rotũdo deformate: quas Coronã ei9 vt ludẽtis abiectã nõnulli dixerunt.

Capricornus. huius effigies similis est Egipani: quẽ Iuppiter: q; cum eo erat nutritus cum eo esse voluit: vt carpam nutricem de qua ante dixim9. Hic etiam dicitur q; cum Iuppiter tytanas oppugnaret primus obiecisse hostibus timorem qui Panisscos appellatur vt ait Eratosthenes hac etiam de causa huius inferiorem partem piscis esse formatio q; muricibus idest maritimis conchilijs hostes sit iaculatus pro lapidũ iactatione. Aegyptij autem sacerdotes z nonnulli poetę dicunt euz cũ plures dij in egyptum conuenissent: repente venisse eodem typhona acerrimum giganta z maxime deorũ inimicum: quo timore permotos ĩ ailiam figuram se conuertisse. Mercurium factum esse ibim. Apollinem autem quę threicia auis idest grus. dicitur. Dianam Claro simulatam: quibus de causis egyptios ea genera violari non sinere demonstrant. q; deorum imagines dicantur: Eodem tempore Pana dicunt in flumen se deiecisse: z posteriorẽ partem corporis effigiem piscis alteram vero hirci fecisse: z ita a Typhone profugisse: cuius cogitatum Iuppitrem admiratũ: effigiem eius inter sidera fixisse.

AQuari⁹. hũc cõplures Ganymedẽ esse dixerũt: quẽ Juppit̃ ꝓpter pulchritudinẽ corꝑis ereptũ parẽti/bus deorũ mĩstrũ fecisse existimat̃. Itaqꝫ oñdit̃ vt aquã aliquo ĩfundens. ¶ Hegesinax aũt de ucaliona dicit eẽ ꝙ eo regnãte tãta vis aquę se de cęlo ꝓfu/derit vt cataclysinus fact⁹ eẽ diceret̃. ¶ Eubol⁹ aũt Lecropẽ demõstrat esse: antiquitatẽ generis cõmemorãs: ⁊ ostendẽs anteq̃ vinũ traditũ sit hominibus aqua in sacrificijs deoruꝫ vsos esse: ⁊ ante Lecropem regnasse q̃ vinum sit inuentum.

PIsces. Diogenites Eritbrach⁹ ait quodã tꝑe Venerẽ cũ cupidĩe filio ĩ Syriã ad flumẽ eufratẽ venisse: ⁊ eodẽ loco repẽte Typhona gigãta: de quo supra diximꝰ: apparuisse. Venerẽ aũt cũ filio ĩ flumẽ se ꝓiecisse: ⁊ ibi figurã pisciũ forma mutasse: quo fcõ periculo eẽ liberatos. Itaqꝫ postea syros q̃ in his locis sũt ꝓximi: destituisse pisces esitare: ꝙ vereant̃ eos capẽ ne simili cã deorũ pręsidia ĩpugnare videant̃: aut eos ĩpos captare. Eratosthenes aũt exeo pisce natos homines dicit. de quo post dicemus.

CEtus. De hoc dicitur ꝙ a neptuno missus sit: vt Andromedã iterficeret: quã añ diximꝰ. Sꝫ a Perseo sit interfect⁹: ꝓpter immanitatẽ corꝑis: ⁊ illius virtute inter sidera collocatum.

ERidan⁹. hũc alij Nilũ: cõplures etiã Oceanũ eẽ dixerũt. Qui aũt nilũ volũt vocari: ꝓpter magnitudinẽ ei⁹ ⁊ vtilitatẽ ęquissimũ eẽ demõstrãt. ꝑterea ꝙ infra eũ quędã stella sit: clari⁹ cęteris lucẽs noie Canopos appellata canopos ãt ĩsula fluie aluit̃ Nilo.

LEpus. hic dicit̃ Orionis canẽ fugere venantis. Nã cũ vt oportebat: eũ venatorẽ finxissent: voluere etiã hoc significare aliqua de cã: Itaqꝫ leporẽ ad pedes eius fugientẽ finxerũt: quẽ nõnulli a Mercurio cõ

stitutū dixerūt: eiqz datū eē pręter cętera genera q̄drupedū: vt a/
lios pareret alios haberet i vētre. ¶ Qui aūt ab hac cā dissentiūt:
negāt tā nobilē ⁊ tā magnū venatorē: de quo ⁊ añ i scorpionis si/
gno dixim⁹: oportere fingi leporē venari. Callimachū quoqz accu/
sari ꝙ cū canis scriberet laudes eam lepoꝝ sanguie gaudere: ⁊ eos
venari dixisset: Itaqz Oriona cū tauro decertantē fecerūt. ¶ Lepo
ris aūt hāc historiā memorię ꝓdiderūt: apud antiquos i insula le/
ro nullū leporē fuisse: sz ex eorū ciuitate adolescētiū quendā stu/
dio generis inductū: ab exteris finib⁹ leporē fęminā p̄gnantē attu
lisse: ⁊ ad ei⁹ partū diligētissime ministrasse. Itaqz cū peperisset cō
plurib⁹ ei⁹ ciuitatis studiū icidisse ⁊ parti p̄cio parti bñficio mer/
catos omēs lepores alere coepisse Itaqz nō lōgo interuallo tantā
multitudinē leporū ꝓcreatā: vt tota insula ab his occupata dicere
tur: quib⁹ cū ab hominib⁹ nil daret̄: in semina eorū impetu fcō oīa
comederūt Quo facto incolę calamitate affecti: cū fame forēt op/
pressi: cōi cōsilio totius ciuitatis vix deniqz eos abegisse ex insula
dicunt̄. Itaqz leporis postea figurā in astris cōstituisse: vt homi/
nes meminissent nil esse tā exoptandū in vita: quin ex eo plus do
loris q̄ lętitię capere posterius cogerentur.

Rion. hūc hesiod⁹ Neptuni filium dicit: ex Euriale
Minois filia natū: cōcessum autē ei vt sup fluctus
currere: ⁊ in terra quēadmodū Phyclo datū dicit̄ vt
supra aristas curreret nec eas infringeret. ¶ Aristo/
nicus autē dicit quendā erithrea fuisse thebis: Pyn
dar⁹ aūt i insula chio. hūc aūt cū Jouē ⁊ Mercuriū hospitio re/
cepisset: petisse ab eis: vt sibi aliquid liberorū nasceret̄. Itaqz: quo
facili⁹ petitū ipetraret: bouē imolasse ⁊ his ꝓ epulis apposuisse:
qd̄ cū fecisset: poposcisse Jouē ⁊ mercuriū: ꝙ coriū de boue fuisset
detractū: ⁊ quod fecerāt vrinę in coriū infudisse: ⁊ id sub terra po
ni iussisse: ex quo postea natū puerū: quē eratheus e facto Uriona
nomie appellauit: sed vetustate ⁊ consuetudine factū est vt Orion

vocaret. Hic dicit Thebis chiũ venisse ⁊ Oenopiõis filiã meropẽ
ꝑ vinuꝫ cupiditate incẽsus cõpressisse: ꝓ quo facto ab Oenopione
excecat⁹: ⁊ de isula eiject⁹ existimat lenũ ad vulcanũ ꝑuenisse: ⁊ ab
eo quendã ducẽ Cedaliona noie accepisse quẽ collo ferens dicit ad
solẽ venisse ⁊ ab eo sanatũ: vt se vlcisceret Chiũ reuertisse. Oenepi
ona autẽ a ciuib⁹ sub terra custoditũ esse: quẽ postq̃ se iuenire pos
se desꝑaret Orion in insulã cretã ꝑuenisse: ⁊ ibi venari cepisse cum
diana ⁊ ei polliceri quę supradixim⁹, ⁊ ita ad sidera ꝑuenisse. ¶ Nõ
nulli aũt aiũt oriona cũ Oenopione ꝓpe nimia cõiunctũ amicicia
vixisse ⁊ qd̃ ei noluerit suum studiũ in venãdo ꝓbare diane quoqꝫ
pollicitũ q̃ supra dixim⁹. ⁊ ita iterfectũ ¶ Alij dicũt cũ Callimacho
cũ dianę vim voluerit afferre ab ea sagictis eẽ confixũ ⁊ ad sidera
ꝓpter venãdi cõsimile studiũ deformatũ ¶ Hystri⁹ dicit Oriona a
diana esse dilectũ ⁊ pene factũ vt ei nupsisse existimaret. Qd̃ apol
lo cũ egre ferret ⁊ sępe eã obiurgãs: hoc fecisse: natãtis orionis lõ
ge caput solũ vidẽt cõspicatus: cõtendit cũ diana eã non posse sa/
gictã mittere ad id: qd̃ nigrũ in mari videret: quę cũ vellet i eo stu
dio se maxie artificẽ dici sagicta missa caput oriõis traijecit. Itaqꝫ
cũ fluct⁹ interfectũ ad litt⁹ adiecisset ⁊ se cũ diana ꝑcussisse plurimũ
doleret. multis ei⁹ obitũ ꝓsecuta lachrymis iter sidera statuisse exi
stimat. Sꝫ quę post mortẽ ei⁹ diana fecerit in ei⁹ historijs dicem⁹.

CAnis. Hic dicit ab Joue custos Europę apposit⁹ es
se ⁊ ad minoa ꝑuenisse. Quem Prochris Cephali
vxor laborantẽ dicit sanasse: ⁊ ꝓ eo bñficio canẽ mu
nere accepisse. ꝙ illa studiosa fuerit venationis: ⁊ ꝙ
cani fuerat datũ ne vlla fera ꝑterire eũ posset. post
ei⁹ obitũ canis ad cephalũ ꝑuenit: quod prochris ei⁹ fuerat vxor:
quẽ ille ducẽs secũ thebas ꝑuenit vbi erat vulpes cui datũ dicebat
omẽs canes effugere posse. Itaqꝫ cũ in vnũ ꝑuenissent. Juppiter
nescius qd̃ faceret (vt histri⁹ ait) vtrũqꝫ in lapidẽ cõuertit ¶ Non/
nulli hũc canẽ orionis esse dixerũt ⁊ quod studiosus fuerit venan

di cũ eo cane quoqꝫ int̃ sidera collocatũ. ¶ Alij aũt Icari canẽ es/
se dixerũt de quo ante diximꝰ: quę multas ꝓposita suos habẽt au/
ctores: sed canis habet in lingua stellã vnã quę ip̃a canis appellat̃.
In capite autẽ alterã quã isis suo nomie statuisse existimat̃: ⁊ syriõ
appellasse ꝑ flãmę cãdorẽ ꝙ eiꝰ modi sit vt pręt̃ cęt̃as lucẽ videat̃

PItaqꝫ quo magis ea cognoscerẽt syriona appellasse.
Rochion. hic añ maiorẽ canẽ exoriri videt̃ sꝫ a nõ/
nullis orionis esse existimat̃. hac etiã de causa pro/
chionẽ appellatũ: sed ijsdẽ omnibus historijs qui/
bus superior canis annumeratur.

ARgo hãc nõnulli ꝓpter celeritatẽ argo dixerũt grę
ce appellatã. Alij ꝙ argꝰ eiꝰ fuerit inuẽtor. hãc aũt
primã i mari fuisse cõplures dixerũt ⁊ hac re maxie
stellis esse figuratã. hãc nauim factã pindarꝰ ait in
magnesia oppido cui demetria nomẽ est. Callima/
chus autem in ijsdem finibus ad Apollinis actij templũ quod
argo nautę ꝓficiscẽtes statuisse existimãt̃ i eo loco q̃ pagase vocat̃
iõ ꝙ nauis argo ibi p̃mũ cõpacta dr̃ qd̃ẽ gręce pagase. homerus
hũc eũdẽ locũ i thęssalię finibꝰ eẽ demõstrat. Eschylꝰ ãt ⁊ nõnulli
aiũt a Minerua quãdã materiã loquẽtẽ eodẽ eẽ cõiũctã sꝫ huiꝰ nõ
tota effigies iter astra videt̃: diuisa eni ẽ a puppi vsqꝫ ad malũ si/
Secundus ab estiuo equinoctialis est circul⁹ in quo hęc signa ⁊ partes eorũ perspici possunt. Aries totus omnibus pedibus innixus videtur. hunc autem Aratus omnium siderũ celerrimũ esse demonstrat etiam minorem arcto: quę breui spatio vertitur prestare: id qõ velit esse sic poterimus vel facillime intelligere. Cum sit enim maximus circulus equinoctialis in sphęra in coqꝫ aries vt affixus videatur. quomodocunqꝫ fuerint figurę corporuꝫ collocatę vt ad eundẽ circulum perueniant. necesse est semel verti sphęrã. Quod cum fiat. ⁊ aries in maximo circulo ⁊ eodem tempore ad locum quo sidera reliqua perueniant: necesse est eum celerrimum dici. sed nos ad circuli effectionẽ veniemus. ⁊ reliqua dicemus. in eodem tauri genua vt fixa perspiciuntur. ⁊ si nonnulli ita finxere vt vno genu hoc est dextro nixus: sinistro prope pede contingere videatur. De hoc in medio relinquemus. Sed in eodẽ circulo. zona orionis vt ipso circulo precinctus existimetur. hydra flexu ã capite primo vt ceruicibus erectis cancrum contingere videatur. ⁊ ex inferiore corpore hydrę crater cum corno velut fixus esse circulo conspicitur. Item paucę stellę chelarũ: eodem adiunguntur Ophiulci genua eodem circulo a reliquo diuiduntur. Aquila sinisteriore penna pene eum cõtingens figurata est. Eodẽqꝫ circulo caput pegasi cum ceruicibus nititur. his corporibus signorum equinoctialis circulus finitur: Quo sol cuꝫ peruenerit bis vno anno conficit equinoctium: hoc est in ariete et chelis. In hac enim parte sphęrę et ver et autumnus confici existimatur. ita vt ver sit in ariete. autumn⁹ in priore parte scorpionis. Quod signũ nonnulli libram dixerunt: per hunc circulum transiens sol ab ariete ad chelas: efficit. vj. mensium diem: his locis qui intra arcticũ videntur orbem Noctem autẽ his qui antarctico circulo sunt clausi: Quare magis his locis nemo potest durare. Et rursus ab autumno vsqꝫ ad ver: hoc est a chelis vsqꝫ ad arietem perueniens

efficit his locis. vj. mensibus perpetuis diem in quib⁹ ante noctes demõstrauim⁹. Ecõtrario aũt noctẽ his qui boreo polo sunt proximi. Sed de hoc ante dixim⁹. Neqz enim mirũ est hac collocatione sphęrę id euenire. Erecto enim boreo polo neqz vnq̃ occidente euenit: vt corpora queqz quę ei ꝓxima sunt circulo sero occidere videanť. Id ex hoc intelligere licebit. Cum in his partib⁹ sphęrę habiteť quę pars ẽ ab ęstiuo circulo ad orbẽ qui arcticos vocať. ⁊ de arctico circulo hoc ẽ de duab⁹ vrsis ⁊ dracone. caput draconis maxime niti ipso circulo videať: ita vt his qui engonasin vocať inter ęstiuũ ⁊ arcticũ locat⁹: caput draconis premere intelligať. quicunqz vt ante dixim⁹ ad ipsũ caput draconis habitãt: ita longo die vtuntur: vt eis ne tertia quidem horę pars in vnaquaqz nocte his obtingat. Itaqz Aratus ait:

Item Cicero dicit. quod caput hic paulũ sese subitoqz recõdit. ortus vbi atqz obit⁹ parte admiscenť in vna. De hoc homer⁹ quoqz in odissea ita breuẽ noctẽ esse dicit: vt pastores cum alij exigãt alij reducãt pecus: possint alius aliũ audire: cũ vnus ꝓpter noctẽ pecus reducat: alter ꝓpẽ lucẽ exigat: sz nos ad ꝓpositũ reuertamur.

Ertius ab ęstiuo circulo qui hicmalis vocať: his corporib⁹ ⁊ corũ partib⁹ finiť. Nã mediũ capricornũ diuidẽs: ⁊ pedes aquarij: ꝑ caudã pistricis vt traiect⁹ videť. Diuidit etiã leporẽ fugientẽ a crurib⁹ ⁊ quadam parte corpis: ⁊ canis sequentis pedes: ⁊ nauis ipsius puppim: centauriqz ceruices a reliquo corpore diuidit. Scorpionis extrema cauda ꝙ acumen vocatur: eodẽ circulo coniungitur. Sagictarij arcus eodem orbe deformatur. huius orbis infra terram sunt de partibus. viij. partes quinqz supra terrã aũt iij. Itaqz it breuior dies nocte vt ante demõstrauimus.

QVartũ circulũ zodiacũ esse arat⁹ demõstrat: de quo ante diximꝰ ⁊ posteriꝰ dicemꝰ. Sed aratꝰ nõ vt reliqui astrologi ab ariete. xij. signa demõstrat: hoc est vere incipiẽte: sed a cancro hoc est ipsa estate. Nos autẽ quoniã ab ariete incipimꝰ: ita protinꝰ dicemꝰ In hoc eni circulo sic. xij. signa figurant. Aries. Taurꝰ. Gemi. In his tribꝰ signis ver demonstrat: ⁊ equinoctiũ vernũ. Cãcer. Leo. Virgo. In his signis maxie estas conficit. Sed sol incipit a virgine iam trãsire ad equinoctiũ autũnale Chelę. Scorpius Sagictarius. In his tribꝰ signis autumnꝰ efficit: ⁊ equinoctiũ autumnale Capricornꝰ Aquarius Pisces. In his tribꝰ signis sol hyemẽ conficere demonstrat. Et si nulla sunt signa. xij.: sed. xj. ideo quod scorpio magnitudine sui corporis duorũ locũ occupat signoꝝ. E quibꝰ prior pars chelę: reliqua autẽ Scorpio vocat. Priores eni Astrologi cũ omnes res ad. xij. partes reuocarẽt. vt mẽses ⁊ horas ⁊ latitudinẽ signorũ. Itaqꝫ ⁊ signa p quę res omnes significant. xij. voluerunt esse.

SEd quoniã. vij. circulis ĩ phęmio ꝓpositis: de quatuor circulis mentionẽ fecimus ne. vij. ex ordine demõstratis: aliquid a nobis obscurius dictũ videatur de. vij. superant. iij. arcticos: antarticos ⁊ ille qui Laceus vocat. Itaqꝫ de his dicere incipiemꝰ. ¶ Arcticon igitur orbem sustinet Caput draconis cum reliqua corporis parte. Cepheus autem pectore suo circulum iungit. eodem orbe nituntur ⁊ pedes maioris Vrsę. Pręterea sedile calliepęię cum pedibꝰ eius nititur ipsi circulo: ⁊ de dextro pede genuqꝫ sinistro. ⁊ pedis prioribus digitis eius qui engonasin vocatur. ⁊ manus sinistra boetis exteriori parte circuli peruenit coniuncta. Ad antarticon aũt circulũ peruenit extrema nauis Argo. pedesqꝫ centauri posteriores adiunguntur. Priores autem prope contingere. Et ara videtur prope affixa Eridaniqꝫ fluminis extrema significatio.

Reliquum est nobis diffinire quē supra lacteuz orbē demōstrauimus. Ipse enim diuidit Oloris extremam sinistrā pennā: quē extra estiuū peruenit finem. Preterea transit manū dextrā Persei ⁊ ab humero sinistro aurigē perueniens sub manū eiꝰ dextram. Et geminorū genua ⁊ pedes eius signi quod procyon vocatur. Hic diuidens equinoctialē ⁊ estiuum circulū: tangit extremuz finem mali: qui in argo nauē defixus videt. Deinde rursus reuertens genua centauri diuidit a reliquo corpore ⁊ extremā caudā terminat Scorpionis: ⁊ arcum mediū Sagictarij: ⁊ aquilē dimidiam partē per eius transiens pennas.

Quoniam de biscē rebus exposuimus ordine: mundi rationē: ⁊ quemadmodū moueat protinus dicemus: ⁊ in. xij. signorū exortu quē deinde corpa consequantur: ⁊ quē perueniant ad occasum. Conuenit nobis mundū ab exortu ad occasum conuerti. Ideo q̄ videmus stellas exorientes ad occidentem conuerti. Sic enim primū poterimꝰ scire quid sit exortus: ⁊ qui occasus. Si quis enim nostrū aliq̄s astiterit cōtra exoriētē solē necesse ē arctos a nobis a sinistris partibꝰ esse. Cū id ita fiat: illō quoqz necesse ē vt oia e dextris partibꝰ exorta: i sinistris occidere videāt: de quo ⁊ aū diximꝰ. Igit cū videamꝰ stellas exoriri ⁊ occidere: necesse ē mundū quoqz cum stellis verti. Sz nōnulli aiūt nihilominꝰ id euenire posse: vt si stante mundo stellē exoriant ⁊ occidant: quod fieri non pōt. Si enim stellē vagē feruntur: neqz mundꝰ ipse voluitur: non possunt corpora stellis figurata i columia ⁊ certa permanere. Illud eni videmꝰ i toto mūdo stellas erraticas esse. v. neqz horū cursū quenq̄ posse diffinire. Aratū ipsū quoqz negare se difficiles eorū cursus iterpretari posse. quomō igit cū. v. stellas nemo possit obseruare: tot milia quisq̄ possit peruidere: nisi qui permittat hoc: cursus stellarū posse esse ⁊ nihilominus figuras corporū permanere. quod

si non est: tota sphęra ad irritum reuocabit. Quicũq; enim sphę/
ram fecerit: non poterit efficere vt sphęra stante nihilominus stel/
lę versent. Illud etiã videmus in extrema cauda draconis stellam
esse: quę in se vertatur: & in eodem loco constet. Quod si omnes
stellę vagę feruntur: hanc quoq; loco moueri necesse est: quod nõ
euenit. Igitur necesse est mundũ quoq; nõ stellas verti. Quoniã
ostendimus mundũ cum stęllis q̃ potius stellas per se verti: nũc
reliqua dicemus.

CUm enim traditũ sit nobis prius nocte q̃ diem fie/
ri: noctem dicemus vmbram terrę esse eãq; obstare
lumini solis: Et si nonnulli dixerunt in solis cursu
euenire: vt cum peruenerit ad eum locum vbi occi/
dere dicatur: ibi montium magnitudine a nobis lu/
men auerti solis & ita noctem videri. Quod si ita sit. nimirum e/
clipsim solis verius q̃ noctem dixerimus. Sed aliter esse ex ipsa
sphęra licebt intelligere.

ORizon enim diuidens ea quę videntur: & quę nõ ap
parent. ita diffinit sphęram: vt semper. vj. signa de.
xij. in hemisphęrio videantur supra terrã. vj. autẽ
signa sint infra sub terra. Igitur cum in vno eorũ
sol nixus ferri videatur: ab eo circulo qui orizon vo
catur exoritur. Itaq; incipit lucere. Cũq; nihilominus ipse mun/
dus vertat cũ reliquis signis. Sed quo facilius intelligat: ponam⁹
solem esse in ariete: a quo duodeci signa instituim⁹ numerare. Igi
tur cum sol sit in ariete exoriente dies est: qui cum vertente se mũ
do peruenit ad eum circulum qui mesembrinos vocat: efficit diei
partem dimidia. Sed sic etiã facilius intelligitur. & rursus ab eo/
dem ariete incipiemus. Cum aries est exortus: prętęr cũ signa sũt
in superiore hemisphęrio. Pisces Aquarius Capricorn⁹ Sagicta/
rius Scorpio. horum cum. iij. signa occiderint: hoc est Scorpius
Sagictarius Capricornus. exorta sunt. iij. quę arietem sequuntur.

hoc est Taurus Gemini Cancer Tum fieri dimidium diem necesse est: et arietem peruenire ad eum: quem mensébriũ esse circulum supra diximus. Cum aũt cũ reliquis signis ipse aries occidit: ⁊ exortus é Leo Virgo: tum Chelę exoriuntur: et in superiore hemisphęrio ariete occidẽte vehuntur. Quę cũ occiderint: rursus aries exortus efficiet lucem. Sed ne in dubium veniat: cum ariete occidente dixerimus chelas exoriri: quid de reliquis signis sine sphęra posset intelligi: sic inuenietur. In quocunqz signo sol fuerit exoriens quodcunqz ab eo signo septimo loco fuerit: id noctu primũ exorietur ⁊ ita cõficiet cursum. Mundus enim ipse semel in die ac nocte verti videtur. Itaqz euenit vt ipsa signa. xij. semel in die ac nocte videri possint. Sed ne solis cursus: de quib⁹ postea sum⁹ dicturi: potius q̃ quod ante coepimus enumẽmus: ad incęptum reuertemur. Diximus enim principium mundi esse: noctem. deinde diem. Inter noctem ⁊ diem prętęr vmbram terrę nihil iteresse arbitramur. Sed quoniam signorum supra ⁊ corporum exortus instituimus ad hoc perueniemus.

Igitur vertente se mundo per vtrosqz polos ⁊ axem quem supra dimensionem sphęrę dixim⁹ esse: ⁊ ita sphęra collocata: vt vnus pol⁹ semper sit supra terram: alter nunq̃ exoriatur necesse est: Arctus quoqz ⁊ reliqua corpora quę sunt in arctico circulo nunq̃ occidere: reliqua autem omnia exoriri ⁊ occidere: quod iferiora sũt ab eo circulo quem nunq̃ occidere diximus. Id enim posse fieri hęc edocet causa. Videmus caput extremum draconis: quod maxime arcticon extra circulum prominet: quodam tempore ita occidere existimatur: vt exortus cuz occasu pmisceatur: vt ⁊ ante dixim⁹. Si autem pars aliqua occidere de summo circulo videtur: necesse est omnia: quę sũt inferiora exoriri et occidere. Igitur conueniunt nobis sidera vertente mundo occidere ⁊ exoriri. Prętęrea hac iclinatione cęli: cum vnus circulus ita sit erectus vt nunq̃ occidat. alter

ita sit terrę subiectus: vt nunq̃ exoriatur: quicunq; circuli fuerint in sphęra: hoc est ab ęquinoctiali ad polum: qui horcus appellat: nullus erit eorum qui non maiorem partem circumductionis habeat supra terram. Qui autem ab ęquinoctiali fuerint circulo ad eum polum qui notius appellatur: omnes inferiorē partem maiorem habebunt q̃ superiorem. ⁊ q̃to magis ad polum notium accesserint: hoc maiorem partem sub terra habere perspicientur. Et q̃to magis ad horcum finem venerint: hoc maiorē partem circuli supra terram tenere videbuntur: Quo enim erectior ipse pol⁹ fuerit hoc magis ⁊ circuli eius erectiores videbuntur. Quod cum ita sit: si duo sidera simul fuerint orta: vnū ab arctico: alterum ab antarctico circulo: serius occidet: id sid⁹ quod ab arctico circulo fuerit exortū. ideo q̃ maiorem habet circumductionē sphęrę: q̃ quod a notio polo est ortū. si autem simul occiderint: serius exorietur id signum quod ab antarctico fuerit exortū: ideo quod tota illa collatio mundi maiorē partem habeat sub terra: q̃z illa pars quę in horeo polo est finita. Et non modo signa quę sunt ad arcticū finē collocata: prestantibus corporibus: aut serius occidunt: aut ante exoriuntur q̃ ea quę notio polo depinximus. Sed ipsa quoq; corpora inter se dissentiūt: vt si quod inferius sit signum: ⁊ id cum superiore exoriatur: tamen serius occidat. Econtrario itaq; si qua sunt signa ab ęquinoctiali circulo ad notium polū figurata: horū si qua signa pariter exorta fuerint: citius occident quę proxime polū accedant. Euenit etiam vt non modo quę simul sint exorta sidera ex his serius occidant: quę proxime arcticum circulum sunt collocata. Sed etiam si qua eorum ante exorta fuerint: quę sūt ad notiuz polū finita: tamē ante occidāt: q̃ ea corpora quę in horeo polo figurata esse supra demōstrauim⁹ ideo qō maiore circūductiōe sphęrę vtūt ea corpora: quę ab ęquinoctiali circulo ad arcticū finē sunt constituta. Igitur ostendimus qua inclinatione mundi sphęra sit constituta. Nunc ad. xij. signa reuertemur. ⁊ quorū exortu quę de

reliquis corporib⁹ occidant aut oriantur cōmēmorabim⁹: ⁊ initium ab ariete faciemus.

ARietis exortu: sinistra pars andromedę prouenire Ara autem occidere videtur. Cum codē sidere exoritur ⁊ perſei caput vſqz ad vmbilicū: vt dubiū fore videatur: zona eius vtrum vſqz extremo ariete an tauro primū exoriente prodeat ad lucem. ¶ Tauro aūt exorto: quę prius dubia fuerunt omnia ſunt certa. Nam ⁊ ara omnino occidit: ⁊ perſeus totus eſt ortus: ⁊ aurigę caput cū reliquo corpore duntaxat: ad ſiniſtrū pedem videtur. ⁊ piſtrix a cauda exoriens perſpicitur. Hoc ſigno primum occidere boetes videt ⁊ ſi cū. iiij. ſignis occidit: neqz tamen totus ad terram poteſt venire: Nā manus eius ſiniſtra circulo arctico cōcluſa: neqz oritur neqz occidit. ¶ Geminis exorientib⁹ tota iam piſtricis ⁊ fluminis eridani prior pars apparet: ⁊ orion exoriri videtur. Occidit autem Ophiulcus a pedibus genuū fine. ¶ Cancer exoriens obſcurat dimidiā partem Coronę: piſtricis qz caudā: ⁊ notum piſcem: ⁊ caput cū reliquo corpore ad vmbilicū eius: qui engonaſin vocatur. Ophiulcum a genibus ad humeros: ⁊ anguem totum prę ter caput ⁊ ceruicem: quę exęſtiuo circulo tendit ad coronā. Boetem prope totum: terra tenet tectum. Exoritur autem ⁊ Orionis corpus ad zonam: ⁊ eridanus totus apparet. ¶ Exortu Leonis reliqua pars occidit coronę: cū capite ⁊ ceruicibus anguis ⁊ ophiulco. Engonaſin autem qui vocatur eius prę ter ſiniſtrū genu ⁊ pedem nihil apparet. ⁊ Boetes totus obſcuratur. Exoritur autem caput hydrę cum lepore toto. ⁊ procyon cū pedibus prioris canis: ⁊ aquila tota. ¶ Virgo autē exoriens: nō pauca ſidera obſcurat. nam ſtatim Lyra occidit cum ſagicta ⁊ delphino: ⁊ Olorus a capite corpus vſque ad caudam prope occidit: ⁊ fluminis prior pars ⁊ equi caput, cum ceruicibus. Exoritur autem hydra fine crateris: ⁊ canis totus: ⁊ nauis argo fine totius veli. ¶ Libelis exorientibus videt ⁊ bootes exoriens totus:

ꝛ tota nauis apparet argo. hydraqꝫ pręter cacumen extremũ caudę qđ ẽ sub terra. Exoriť etiã genu ꝛ sura eius dextra: qui engonasin vocať. Hunc eadem nocte occidere ꝛ exoriri licet videre. Reliquũ autẽ corpus: cũ Scorpionis ꝛ Sagictarij prouenit parte. Pręterea cum chelis exoritur cauda cẽtauri: Occidit reliquũ Pegasi corpus: ꝛ oloris extrema cauda: ꝛ Andromedę caput cũ vmbilico Pegasi: ꝛ pistrix reliquo corpore ad ceruices: vt caput eius solũ videatur: ꝛ caput cephei pendẽs ad pistricis occasũ cũ manib⁹ ꝛ humeris peruenit ad terrã. ¶ Scorpione exoriẽte duę partes fluminis occidunt: ꝛ reliquũ corpus andromedę cum capite Cephei. Occidit etiam Cepheus capite ad humeros: quę pars est extra arcticuꝫ circulũ constituta: obscuratur etiã cassiopęia resupinata occidens. Exoritur autem corona quę ante centauri pedes iacere existimať: ꝛ hydrę reliquũ: quod caudam esse supra diximus. Prouenit etiam ꝛ corpus centauri: quod equina figura videtur: ꝛ ipsius hominis caput: ꝛ hostia quã tenere eum supra diximus: Deniqꝫ ad id corpus qua fine pedes eius sunt priores. Ophiulci autem dũtaxat caput exoritur: ꝛ ipsius anguis caput: quod est cõtra Cancrũ. ¶ Sagictarium exorientẽ. Ophiulcus totus exoriens insequitur: ꝛ Anguis q̃ ab eo teneť: caput eius: qui engonasin vocatur: Et sinistra man⁹ eiusdẽ. Deinde Lyra tota cũ Cephei capite ꝛ humeris exit ad lucẽ Occidit autem canis maior cum Orione toto ꝛ lepore: ꝛ aurigę superiore parte corporis. Pręterea caput ꝛ pedes eius. Occidit etiã totus Perseus pręter crus ꝛ pedẽ dextrum. Argo autem puppim solam relinquens: peruenit ad terrã. ¶ Capricornus exoriens: hęc sidera ad terram premere videtur: reliq̃ figuram nauis ꝛ signũ qđ procyon vocatur. Eodem tempore ꝛ reliquũ corpus occidit persei. Exoritur autem Olor cum aquila ꝛ sagicta: ꝛ ara quã proximã esse notio polo diximus. ¶ Aquarius exoriens: ad dimidiã partem corporis equi pedes secũ de terra ducit: ꝛ caput cum ceruice pega/

si. At etiam Centaurus a cauda ad humeros virilis corporis occi/
dit: cum hydrę capite: ⁊ ceruicibus. ¶ Piscibus exorientibus: oc/
cidit. reliquũ hydrę corpus: ⁊ ipse centaurus. Exoritur aũt piscis q̃
notius vocatur: ⁊ andromedę dextra pars corporis.

De. Sole ⁊. Luna: ac cęteris planetis.

Sic igit̃ exorientibus. xij. signis: reliqua corpora oc/
cidere ⁊ exoriri videntur. Sed vt aute diximus: nũc
protinus de Solis cursu dicemus. Necesse ē eni so
lem: aut ipsuꝫ per se moueri: aut cum mundo ver/
ti vno loco manentem. Quod si maneret: necesse
erat eodē loco occidere ⁊ exoriri. a quo pridie fuerit exortus: quē/
admodum signa eodem loco semper oriuntur ⁊ occidunt. Prę te/
rea si ita esset: necesse erat: dies ⁊ noctes omnes equales esse: vt q̃
longus hodiernus dies fuerit: tam longus semper sit futurus. Itē
nox simili ratione semper ęqualis permaneat. Quod quoniã non
est: illud quoqꝫ necesse ē cum videamus esse dies inęquales: ⁊ so/
lem alio loco hodie occasurum: ⁊ alio heri occidisse. Si igitur alijs
locis oritur ⁊ occidit: necesse est eum moueri: nõ stare. Solem au/
tem contra mundi motũ currere: sic possumus intelligere. Euenit
enim vt duabus ex causis sidera non possumus videre. Quarũ vna
est cum abierint infra terrã: nostrũ quoqꝫ effugere cõspectum: ita
vt inferius hemisphęrio ostenditur. Altera autē est ratio: quod
propter fulgorem solis ⁊ vim maximam luminis sidera obscuren/
tur. siue quod stellis obsistit: ne candor earum ad nostros perue/
niat aspectus: siue sua magnitudine luminis officit oculis nostris
ne preter eius ignem aliam rem superiorem perspiciamus. Quod
magis verisimile videtur. Neque enim solis ignem eiusmodi vi/
demus. cuiusmodi reliquos ignes intelligimus. Sed ita lumen
auertit nostrum: vt ipse quoque nobis non igneus: sed albus es/
se videatur. Prętera in vnaquaque nocte. xj. signa necesse est

apparere. ideo q̃ vno signo sol ipse nixus: iter conficere videtur: cuius figuram corporis ipse suo lumine obscurat. Cum eo enim signo ⁊ occidere ⁊ exoriri videt̃. ¶ Nonnulli dicũt nos. xij. signa dum taxat hac ratione pspicere posse: si in eius signi prima nouissima/ q3 parte consistat. habet̃ enim. xij. signa partes eiusdem modi: vt vnumquodq3 eorũ in longitudine habeat partes. xxx. In latitudine autẽ partes. xij. Itaq3 euenit vt in longitudine signorũ annus sit. In latitudine autem singuli dies sint. In prima parte signi nihilominus nos reliquũ corpus eius signi videri posse nonnulli dicunt: Simili ratione ⁊ si fuerit i extrema parte signi: quod fieri nõ potest. Nã cũ sol sit in qualibet parte signi ⁊ exoriat̃: ita magnũ videtur habere fulgorẽ: vt omnia sidera obscuret. Illud tamẽ potest euenire: vt cum sol sit in prima parte signi ⁊ occidat: reliquũ corp⁹ eius signi appareat. Sed certi⁹ ⁊ verius est. xj. signa q̃ duodecim apparere posse. ¶ Pręterea quer̃ quare sol cõtra mũdi inclinationem currẽs: videatur cum ipsa sua sphęra occidere ⁊ verti. Nam si sol contra [illegible]lerũ occasuz curreret: De Ariete ad pisces: nõ ad Tauruz transiret. Exoriri ⁊ eni ante pisces q̃ Aries occidere pspiciunt̃ ⁊ ita mund⁹ verti videtur: vt prius pisces q̃ aries occidant: Itaq3 diebus. xxx. sol in ariete currens: ⁊ eius corpus obscurans: sic dũ/ taxat apparet sol: vt ex eo loco quo aries exoriri videatur. ⁊ post triginta dies sol videatur ab eodẽ loco surgere: ex quo loco taurus ante exoriri videbat̃. Igit̃ apparet solem ab ariete ad taurũ transire. Quod si ita est: necesse est eum contra mũdi inclinationẽ currere. Quare autẽ euenit vt ante diximus: q̃ videtur cum mundo sol verti. Eius similis hęc causa est: vt si quis in nauiculę rostro sedens: inquirat ad puppim transire: ⁊ nihilominus ipsa nauis iter suum conficiat. Ille quidem videbitur contra nauiculę cursum ire: sed tamen eodem perueniet quo nauis. Hoc autem sic etiam facilius intelligetur. si nauim diuiseris in partes trecentas sexaginta: quemadmodũ sol diebus. ccc. lx. simul mundum transigit. eodem

modo vt ante diximus si nauis sit diuisa: ⁊ in vna parte de.ccc.l ꝛ constituatur quilibet eorum. Nauis autem habet vni⁹ diei cursū: ille quidē contra nauim ire. Sed cum ea ad locum definitum pet/uenire intelligeret̄. Non enī extra nauim est: quia rostro ad pup/pim transit. Sed ipsa naui continet̄. Item sol cum per ipsum mū/dum iter conficiat: ⁊ eo contineatur: videtur cōtra mundū ire: sed cum eo ꝑuenit ad occasum. Cum enim mundus trecencies ⁊ sexa/gies se conuerterit: tunc sol iter annuum conficit.

QUoniã de Sole quę visa sunt nobis vtilissima esse litteris mandauimus. Nunc de Luna dicemꝰ. Et si alta conati perscribere: velut natura voluminis ad hoc loci deuenimus: ne nonnullis incaute huiꝰ ratione relinquentes: aut propter magnum laborẽ deficisse: aut inscientia superati: non valuisse persequi videamur. Nos autem nonnullorum existimationis timendę causa persequi ꝛ consuetudinis nostrę rationem demonstrasse: Sed quod alteriꝰ queri volumen hoc perfecto non voluimus: nec tam diu rem cogitatam scripto aliorũ ad desideriũ adducere. Prętera cum reliqua omnia diligentissime persecuti fuerimus: alienuz videtur esse nos non candẽ persequi causam. Quare sicut ante diximus ad inceptum reuertemur: ꝛ necessario totidem verbis de luna ac sole dicemꝰ ita. Lunam a sole per alios exortus ꝛ occasus: necesse est moueri: non stare. Idqz facilius ꝙ de sole licet intelligere: neqz enim tam magnus ardor eius est vt officiat oculis nostris: neqz vt sol dies. xxx. vnoquoqz signo vebitur: vt difficile sit intellectu: quanta particula luminis: aut ipsius signi superesse videtur: cum ad aliud transierit signum. Lunam enim cum. xij. signa diebus. xxx. percurrat: licet intelligere duobus diebus ꝛ. vj. horis. in alio signo esse. Hanc autem cum a sole lumen accipiat: ꝛ ita nobis lucere videatur: non est verisimile: de tam multis causis potius eam constare ꝙ moueri. Si enim suo lumine vteretur: illud quoqz sequebatur: eam semper equalem esse oportere: nec die tricesimo tam exilem: aut omnino nullam videri. Cum enim totum transegerit cursum. sola autem ad aliud transire signum intelligatur. Prętera si suo lumine vteretur: huius nunꝙ eclipsin fieri oportebat. Sed ne dubium fiat quare solis eclipsis fieri possit: qui vtrisqz lumen dare supra sit dictus. Lunę autem non facile fiat: cum alieno lumine vtatur: Eius hęc verissima: vt arbitramur: ẽ causa. Luna enim cum ex toto mundo ꝛ omnibus stellis maxime terrę proxima vi/

deatur: ⁊ ad acies nostras perueniat. Et quodam tempore torrens perueniat ad eundem locum signi quo sol vebitur: obscurare lu/ men eius a nostro conspectu videtur: hoc autem maxime euenit die nouissimo cum luna transierit in duodecim signa: Et cum sol ad aliud signum transire videatur: ⁊ proxima fiet illi. Quod euenire. sic etiam potest intelligi: vt si quis alicui manum planam ad oculos admouerit q̃to magis sic fecerit: hoc minus ille videri po/ terit. ⁊ q̃to longius ab eo discesserit: hoc magis illi omnia pote/ runt apparere. Simili ratione. cum luna ad solis locum peruenit: tunc proxima eius videtur esse: ⁊ radios eius obturare: vt lumen emittere non possit. Cum autem luna ab eo loco discesserit: tunc sol lumen eijcit: ⁊ ita ad nostra adijcit corpora. Lunę autem ecly/ psis sic euenit: cum prope vna dimensione sit luna cum abierit sol sub terram duntaxat hoc modo: vt per mediã terram si quid di/ rectum traieceris contingere possit solem sub terram Lunã autẽ supra terram. Quod cum ita euenit: necesse est solis radios pro/ pter magnitudinem terrę ita esse dimissos: vt lumen eius quo lu/ na lucet non possit ad eam peruenire: ⁊ ita existimatur fieri ecly/ psis lunę. Quę si suo lumine vteretur: licebat ne apparere quidẽ nunquã solem: ideo q̃ luna nihilominus luceret. Sic nanq; acci/ pit lumen: vt luceat cũ sol venerit per terras: sed non vt aliquem locũ conclusiorẽ totũq; spatiũ impleat lumine. Si quis nostrum steterit in eo loco: quo sol maxime lucet: reliquis partibus lumen a sole accipiens prebebit. Id in luna fieri inuenitur: Eam solis lu/ mine accepto. lucere nonnulli existimant reuibratione. Cum di/ citur sol in ariete aut in quolibet signo esse cuj supra ipsas stellas arietis iter facere. Qui autem hac ratione vtunt. longe a vera ra/ tione errant. Nam neq; sol neq; luna proxime sidera apparent. hac etiam de causa nonnulli. vij. stellas erraticas finxerũt. adiun/ gentes eodem sole ⁊ luna: quod cum quinque stellis ferun/ tur. Luna enim proxime terra est. Itaq; diebus. xxx: totum

mundum existimatur transire. Id hac euenit ratione: si circulos quis intra zodiaci ambitum fecerit: eosqz sic hoc interuallo finxe/rit: vt terra sit in medio: ⁊ vnam a terra ad lunam mensionem fecerit: q̄ grẹci. Τῶνὸν appellauerunt. Hunc autem quia nō certum spatium potuerūt dicere: tonon dixerunt. Hac igitur re: q̄ breuis/simo circulo deuehitur diebus. xxx. ad primum peruenit signum.

AB hoc circulo abest circulus tonon dimidium: quo loco Mercurij sidus vehitur. Itaqz dieb⁹.xxx.ad alterum signum transiens: Tardius ab hoc circulo abest tonon dimidium: quo loco iter suum veneris dirigit astrum. Tardius q̃ mercurij stella conficiẽs cursum. Transit enim ad aliud signum diebus.xxx. Supra huius stellam solis est cursus qui abest ab hespero: quę ẽ Veneris stella medietate toni. Itaqz cum inferioribus pariter peruolans vno anno idest duodecim. signa percurrit tricesimo die ad aliud transiens signum. Supra solem igitur et eius circulum Martis est stella: quę abest a sole tono dimidio. Itaqz dicitur diebus .lx. ad aliud signũ transire. Hunc orbẽ supra Jouis est stella: quę abest a martis hemitonio. Itaqz vno anno ad alterum transit signũ. Nouissima stella Saturni quę maximo vehitur circulo: hęc autem tono distat a Joue. Itaqz ãnis.xxx.xij.percurrit signa. Ab ipsorum tamen siderum corporibus Saturnus abest tono vno ⁊ dimidio. Hac igitur ratione potes scire neqz solẽ neqz lunam cõtingere stellas: ⁊ nihilominus per zodiacum circulum verti. Hinc etiam possumus intelligere: lunam minorem esse sole. Omnia quę ꝓxima sũt nobis maiore necesse est esse: q̃ quę longo discedente interuallo videmus. Igit̃ lunã videmus proxime nos esse. Neqz enim eam maiorem nostro aspectui esse q̃m solem. Illud quoqz necesse est cum sol non longe absit a luna: et a nobis maior videtur. si prope accesserit: multo maiorem futurum. Prętera necesse est vt ante diximus: aut nullam stellam erraticam esse: aut solem pariter cum luna vt reliquas stellas errare. Si enim quisq̃z mihi potest demonstrare quiqz stellarum cursum et dicere: q̃ hodie quęqz coram ad aliud transeat signũ: quemadmodũ de sole ⁊ luna fieri videmus. ⁊ nihilominus suum efficit cursum nõ est erratica. Si autem dubium est quod hodie transeat: ⁊ ad aliud signum compari ratione cum luna feratur. ⁊ suum circulũ dirigat: quemadmodum

stellę quę sunt dubię. necesse est has quoqꝫ errare. sed nō euenit vt errent pręsertim cum suo tempore ad cursum reuertant̄. Igitur ne stellę quidē: cum certo tempore ad suū signum reuertant̄: possunt errare: nisi forte volumus accipere excusationē quod duo corpora magna facilius possunt obseruari: q̄ singulę stellę: quę non certos cursus conficientes vident̄ apparere.

Sed stellas. v. nōnulli has aiūt esse Veneris Mercurij. Iouis: Saturni ⁊ martis. E quib⁹ esse maximā colore candido: nomine hesperū: ⁊ eā appellari venerē. hęc stella non abest a sole longius duob⁹ signis subter eius circulū collocata: sicut ante dixim⁹.



Apparēs autē maxime noctu. sed toto mense nō plus indeficiens potest videri: Sed totus hesperus incertos efficit cursus: nō eodē tempore ad preteritū transiens signum.

SEcunda stella est Mercurij nomine Stilbon totus acuto lumine: sed in aspectu nō magnus. Hic autē a sole non longius abest signo vno: Qui semp eosdē cursus efficiens: modo nocte prima: modo autē ad solis exortus incipit apparere: nōnunq̄ etiam perpetuo: signis. iiij. est cum sole: rediens autē cuz sole: non amplius est q̄ tertiam partem signi.

Iouis autē stella nomine Phçtonta: corpore ē magnus. Figura autem similis lyre. hic autem. xij. signa ānis totidem transigere existimat̄. ꝛ vnoquoq̄ anno nusq̄ apparere dicitur: non minus dies. xxx. non plus. xl. Sed tunc maxime obscuratur cuꝫ occidit cū sole. Exoriens autē apparet ante q̄ Sol.

Juppiter

SOlis stella nomine Phaeton: corpore est magno: colore autē igneo: similis eius stellē: quē est in humero dextro Orionis. hic per. xij. signa assidue ferri videt. nōnunq̄ etia cū solis ipsius sideribus apparet: modo alijs partibus adiectis circuli. hanc stellam nonnulli saturni esse dixerunt: Redire autem ad signum annis .xxx. ⁊ quotannis non apparere Non minus dies .xxx. nec amplius .xl.

RElique est nobis de Martis stella dicere: q̃ nomine Pirois appellatur. hęc autē nō magno ē corpe: sed figura similis est flāmę. Nōnunq̃ autē cū ipsi⁹ solis sideribus concurrēs: oia peruolat signa: sedens ad primum signum non longius biennio.



QUod ad. v. stellas attinet: hucusq; satis arbitramur dictū. Nūc autē demōstrabim⁹ quib⁹ de causis mēses intercalent: Quoniā tēpus omne metimur. die ⁊ nocte. mense ⁊ anno. Quibus diem nobis diffinierunt. q̃diu sol ab exortu ad occasum perueniat:

Noctis autem spatiũ constituerũt esse. q̃diu sol ab occasu: rursum ad exortum reuertat. Mensem autẽ quandiu luna zodiacũ circulũ perducat. Annũ autẽ voluerũt esse: cũ sol ab estiuo circulo redit.

Τελος:

Jacobus Sentinus Picinensis Lectoribus foelicitatem

Si quis ades sacrũ cyrram conscendere montem
Qui cupias: musas vel coluisse nouem:
Scito prius q̃ sis redimitus tempora lauro
Esse opus Astrorum cognitione tibi:
Quodq; ita sit vatum testes monumenta priorum
Sunt: quibus in cunctis sidera cuncta micant.
Agricolas alijs positis nam respice librum
Quo docuit terras vertere rite Maro:
Inuenies illic tot tempore sepe sereno
Quod celum spectans sidera nocte vides.
Arma per ethmathios campos qui scripsit: ꝛ ille
Carmine meonio sidera plura sonat.
Exul quiq; fuit veneris quia tradidit artes
Inseruit fastis sidera queq; suis.
Vtq; alios taceam nullus mihi crede poeta
Est bonus astrorum cognitione carens.
Queris vbi inuenias a quo vel discere possis
Sidera tam docti que cecinere viri!
Ecce opus: Iginius quo nunc quot sidera mundus
Altus habet: tot nos sidera nosse docet:
Quidq; sit inferior mundus: quid sphera: quid axis:
Quid centrum sphere: quid sit vterq; polus:
Aurea mala ferox serpens qui plura puellis
Seruabat: quid sit Arctophilaxq; ferus:

hinc Elice quid sit: vel quam tyrus aspicit arcton
Noscere tu nunc sit quid cynosura potes.
Perseus andromedę monstro religata marino
Cunqz meduſco lurida gorgon equo
Gnosia cum fulua fuerat redimita corona
Qua prius: ⁊ magno structa sonore lyra
Engonasis cepheo cum Cassiopęia magno:
Et Nemesin fallens corripiendus Olor:
Atqz Aquila: heniochus: Delphin: Deltoton: ⁊ ille
Quem cingit Serpens: atqz Sagicta simul:
Bis sex post istas cęlestia signa figuras:
Cetus: ⁊ Eridanus: ⁊ Lepus: atqz Canis:
Et Procyon vates multum cantatus Orion:
Ara quoqz a magno condita sacra deo:
Argos: phyllirides medica doctissimus arte:
hydra: via ⁊ quę nunc lactea nomen habet:
Pluraqz in hoc paruo narrantur mixta libello
Quę sunt in stellas corpora versa nouas:
Quinetiam causę cur sic mutata fuerunt
Monstrantur: faciles omnibus atqz domus.
hunc igitur quisquis doctas coluisse sorores:
hunc eme vel quisquis sidera nosse cupis:
hunc lege qui latios optas vel nosse poetas:
hunc lege vel Rhetor qui bonus esse velis:
hunc legat omnis amans: legat hunc quicunqz labores
Sustinet: atqz illud ponere tentat onus.
Attamen ingrati ne vos possitis haberi
Quo nihil in mundo turpius esse potest:
Dicite post messem viuat per Nestoris annos
Vtile qui nobis tam bene pressit opus

Eiusdē Jacobi de sua et Johannis santritter sideralis scienciē
studiosissimi in Jginium emendatione carmina ad lectorem.

Jginius vario fuerat qui sautius olim
Vulnere: cui mēdicam non tulit vllus opem:
Nunc vmbras inter doctas attollere frontem
Audet in Elysijs nomine lętus agris:
Incolumis nāq; est factus: non cernitur vllum
Vulnus: ⁊ in nullo stat sibi plaga loco
Nāq; ego cum docto Santritter rite Johanne
Demimus e cunctis vulnera cuncta locis:
Hic mansit tota spectans ad sidera nocte
Poneret in proprijs vt sua signa locis:
Historijs q̄tum licuit mihi sine iocosis
Fabellis: tantum iuuimus vsq; virum:
Ergo quisquis ades nostrum qui forte laborem
Perspicis: ambobus grandia fila roga

L. Johannes Lucilius Helbronnensis Lectori Salutem:

Hoc Augustensis ratdolt germanus Erhardus.
Dispositis signis vndiq; pressit opus.
In quo si quid erit: quod non tibi parte placebit
Ex omni: vitio non mihi quęso dabis:
Ni prius Jginij cernes monumenta virorum.
Scripta manu: vel quę pressa fuere prius:
Quę si forte voles trutina pensare modesta
Te reus in nulla iudice parte ferar:
Immo mihi ⁊ fido grates persępe Jacobō
Tu referens dices viuat vterq; diu.

Anno salutis. 1482. Pridie Idus. Octobris. Venetijs.

Eiusdē Jacobi de sua et Johannis Sanctitter sideralis scientiæ studiosissimi in Jginium emendatione carmina ad lectorem.

Jginius varia fuerat qui sanctius olim
Vulnere: cui medicam non tulit vllus opem:
Nunc vmbras inter doctas attollere frontem
Studet in Elysiis nomine lętus agris:
Jncolumis nāq; est factus: non cernitur vllum
Vulnus: e in nullo stat sibi plaga loco
Nāq; ego cum docto Sanctitter rite Johanne
Demimus e cunctis vulnera cuncta locis:
Dic manifest tota spectans ad sidera nocte
Poneret in propriis vt sua signa locis:
Distonis q̄ptum licuit mihi sine iocosis
Sabellis: tantum inuitus vsq; vltum:
Ergo quisquis edes nostrum qui fore laborem
Peripicis: ambōbus grandis illa rogi

E. Johannes Lucilius Delbrouncensis Lectori Salutem.

Hoc Augustensis ratdolt germanus Erhardus.
Dispositis signis vndiq; pressit opus.
Jn quo si quid erit: quod non tibi parte placebit
Ex omni: vitio non mihi quęso dabis:
Vt prius Jginij cernes monumenta vtrumq;
Scripta manu: vel quę pressa fuere prius:
Quęsi forte voles tutius pensare modesta
Te reus in nulla iudice parte ferar:
Jnmo mihi e fido grates persępe Jacobo
Tu referens vices viuat vterq; biu.

Anno Salutis. 1482. Pridie Jdus. Octobris. Mense.

Hyginus, mythographer

Incun.
1482
.H9
Copy 2
Rosenwald
Coll.

Copy 2 MLS 16 N48

E.WRITER 7611

GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart
inches
centimeters
D50 Illuminant, 2 degree observer
Density
Golden Thread
Colors by Munsell Color Services Lab